



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Indolem puer habuit maximè piam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

*Adolem puer
habuit ma-
ximè piam.*

*Affliet at cor-
pusculum.*

uinus Architectus, & opifex sibi formabat ad ma-
nam nominis sui commendationem & gloriam,
ita puero materiem, atque naturam omnium ca-
pacem ornamentorum indidit; & idoneam mox
addidit disciplinam. Planè fortitum diceres a-
nimam bonam. Elucebat in tenella ætate in-
genua modestia, hilaritas verecunda; matura
tranquillitas, & quædam præcox gratia pietatis.
Nam sæpe interdium noctuque abditum depre-
hendere in latebra, ac secessu aliquo domus
precibus habendis intētum. Sæpe etiam tenerum
corpusculum cilicinis vestibus diuexauit, vno
Dei spiritu agente, mortalis nullius monitu: vl-
tro inferens arma domestico hosti, prædomans-
que nec dum validum, quo mox rebellare moli-
entem subiugo, vt assuetum, procliuius cohibe-
ret. Quin etiam fuit, cum diebus, quos ante Cine-
res vulgus intemperantiæ operatos habet, assidens
mensæ inter domesticos à vino sibi abstinentiam
indiceret, reputans secum quàm grauius Maiestas
æterna temporis eius ingluuie offenderetur à mul-
tis, qui indignissimè sibi ventrem quasi pro Deo
constituerent. Igitur iam tum peccatis hominum
incitatum placare Numinis irā incipiebat; & con-
fuesce-